

Patuit. Autem malum ex uobis ipis. Unde
 aliquis in negotiū habens iudicari apud in-
 quos. & non apud sanctos. Annescitis quoniam de
 hoc mundo iudicabunt. Annescitis. quoniam angeli
 iudicabunt. nunquid non magis quam uos. **P**aterius
 Indignus sunt huiusmodi. qui etiam de minimis iud-
 cent. **S**ecularia igitur iudicia si habueritis eos qui
 reprehensibiles sunt in ecclesia. illos constituite ad iu-
 dicandū. **S**ynodus cartaginensis. Clericus qui
 causam suam siue iustam siue iniustam ad iudiciū alie-
 rius fidei iudicis prouocat. excommunicetur. Si qui
 ex fratribus negotia habent in se. apud cognitores
 sancti non iudicent. sed apud presbiteros ecclesie quicquid
 illud est dirimet. & omnimodo obediant statuti-
 bus eorum. **P**aterius. Omnis mundialis etiam si sa-
 piens sit. non iudicet iudicia ecclesie. **T**itulo. de
 Clerici fidei iussore esse non oportet. In canonibus
Clericus fidei iussionibus in seruienti. abiciatur.
 Ex decretis celestini papae. **T**itulo iussimus.
Nullus sacerdotum liceat suum canonem ignorare
 nec quicquam facere quod patrum possit re-
 gulis obuiare. Quae uires uobis digna seru-